

De sancto

Andrea So. iiii.

tacerent ipse tñ cogitationes nostre & opera specialiter stabunt aduersum nos ante deum nos fortiter accusantes. ¶ Sextum ē testis infallibilis. Tres enim testes tunc aduersus se habebit peccator. Unū supra se habebit peccator. s. deū qui erit iudex & testis. Hiero. xxix. Ego sum iudex & testis dicit dominus. Alius intra se. scz conscientia. Aug⁹. Quisquis futurū iudicem times presentē conscientia corripit. Sermo enim tue cause. testimonium est cōscientie tue. Tertium iuxta se. s. proprium angelum ad custodia deputatus qui tanq̄ cōsciens omnium que fecit cōtra eum testimonium perhibebit. Job. xl. Reuelabūt celi. i. angeli iniquitate eius. ¶ Septimū est accusatio peccatoris. de hoc sic dicit Grego⁹. Quis anguste erit tunc vie reprobis. Superius erit iudex iratus. Inferius horrendum chaos. A dextris peccata accusantia. a sinistris infinita demonia ad supplicium trahentia. Ineus cōscientia vrens foris mundus ardens. miser peccator sic deprehensus quo fugiet. latere erit impossibile. apparere intolerabile. ¶ Octauū ē sententia irrevocabilis. Illa enim sententia nūq̄ poterit reuocari. nec ab illa poterit appellari. Triplici enim de causa appellatio in causis iudicialibus nō recipit. Primo propter iudicis excellentiam. unde a rege fere rēte sententiā appellari in regno suo nō potest. qz in regno suo nullū supra se habet. Sic nec ab imperatore vel papa potest appellari. Secūdo propter criminis evidentiam. qz quando crimē notorium est nō potest appellari. Tertio propter rez nō differendaz. qz res nō recipit dilationem. qz forte ex dilatione detrimentum pateret. Similiter nō appellatur propter hanc triplicem rationē ab illa sententia. Non poterit appellari. primo propter iudicis excellentiam. qz iudex ille nullū sup se habet. sed ipse omnes excedit ceteritate. dignitate & potestate. vñ ab imperatore vel papa posset aliquo modo ap-

pellari ad deum. a deo autē nullum licet qz supra se nullum habet. Secundo propter criminis evidentiam. omnia enim scelera & crimina reproborū ibidem notata erunt & manifesta. Hiero⁹. Adert illa dies in qua facta nra. quasi in quadā tabula picta demonstrabuntur. Tertio propter rem nō differendaz. nihil enim quod ibi agitur dilationem patit. s; oīa in momento in icu oculi peragunt.

Andreas interpellatur decor⁹ vel respondens. vel virilis. ab andōr quod est vir. Vel dicitur andreas quasi antropos. i. homo ab ana quod est sursum & tropos quod est conuersio. quasi sursum ad celestia conuersus. & ad suū creatorem erect⁹. fuit ergo decorus in vita. respondens in sapientia & doctrina. virilis in pena. & antropos in gloria. Eius passionē presbyteri & diacones achate seu asie sicut oculis suis viderant. cōscripserūt.

Andreas & quidam alij discipuli tribus vicibus a domino sunt vocati. Primo enim vocavit eos ad sui noticiam. sicut quando stante Andrea die quadam cum Johanne magistro suo & alio condiscipulo. audiuit a Johanne. Ecce agnus dei. & statim cum alio discipulo venit & vidit ubi manebat ihesus & manserunt apud illū die illo. Inueniensq; Andreas fratrem suum Symonem adduxit euz ad ihm. Sequenti autem die ad piscationis opera redierunt. postmodum scdo vocavit eos ad sui familiaritatem. sic cum quadam die turbis irrudentibus ad ihesum iuxta stagnū genazareth quod dicitur mare galilee. navi intravit Symonis & Andree. & capta multitudie magna piscium. vocatisq; Jacobo & Johāne. qui erant in alia navi secuti sunt eum. & iterum ad propria redierunt. Sed postea tertio & ultimo vocavit eos ad sui discip-